



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

1 Vtrum aliquæ oblationes sint de necessitate præcepti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)



felicitate ad religionem. Contingit autē, & ea quae sunt  
alias virtutes sunt, in diuinam reuerentiā ordinari,  
puta, cum aliquis elemosinā facit de rebus, p̄p̄riis,  
propter Deum: vel cū aliquis proprium corpus ali-  
cui afflictioni subiicit propter diuinam reuerentiā:  
& secundū hoc etiam actus aliarum virtutum sa-  
crificia dici possunt. Sunt tamen quidam actus, qui  
non habent ex alio laudem, nisi quia sunt propter  
reuerentiā diuinam, & isti actus proprie sacrificia  
dicuntur, & pertinent ad virtutem religionis.

**AD PRIMVM** ergo dicēdū, q̄ hoc ipsum q̄ Deo qua  
dam spiritali societate uolumus inhaerere, ad diu-  
inam reuerentiā pertinet: & ideo cuiuscunq̄ vir-  
tutis actus rationem sacrificii accipit ex hoc, quod  
agitur, ut sancta societate Deo inhaeramus.

**AD SECUNDVM** dicendum, q̄ triplex est ho-  
minis bonum. Primum quidem est bonum animae,  
quod Deo offertur interiori quodam sacrificio p̄  
deuotionem, & orationem, & alios huiusmodi inte-  
riores actus: & hoc est principale sacrificium. Secū-  
dum, est bonum corporis, quod Deo quodammodo  
offertur per martyrium, & abstinētiā, seu cō-  
tinentiā. Tertium, est bonum exteriorum rerum  
de quo sacrificium offertur Deo, directē quidem,  
quando immediate res nostras Deo offerimus, me-  
diatē autem, quando eas communicamus proximis  
propter Deum.

**AD TERTIVM** dicēdū, q̄ sacrificia proprie d̄nt, q̄n  
ceteras Deo oblatas aliquid fit, sicut q̄ animalia oc-  
cubantur, & comburentur: q̄ panis frangitur, &  
comeditur, & benedicatur: & hoc ipsum nomen so-  
nat. Nam sacrificium dicitur ex hoc, quod homo fa-  
cit aliquid sacrum. Oblatio autem directē dicitur,  
cum Deo aliquid offertur, etiam si nihil circa ipsum  
fiat: sicut dicuntur offerri denarii, uel panes in altari,  
circa quos nihil fit. Vnde omne sacrificium est ob-  
latio, sed non conuertitur. Primitiā autem oblatio-  
nis sunt, quia Deo offeruntur, ut legitur Deut. 26.  
Non autem sunt sacrificia, quia nihil sacrum circa  
eas fiebat. Decimae autem proprie loquēdo nō sunt  
sacrificia, neq; oblationes: quia nō immediate Deo,  
sed ministris diuini cultus exhibentur.

**ARTICVLVS IIII.**  
*Vtrum omnes teneantur ad sacrificia offerenda.*

**AD QVARTVM** sic proceditur,  
A Videtur, quod non omnes  
teneantur ad sacrificia offerēda.  
Dicit n. Apost. Ro. 3. Quaecunq;  
lex loquitur, his qui sunt in lege lo-  
quitur: sed lex de sacrificiis non  
fuit omnibus data, sed soli popu-  
lo Hebraeorum. ergo non omnes  
ad sacrificia tenebantur.

**SED CONTRA** est, quod sacrificium offerre est  
de lege naturae, ut supra habitū \* est. Ad ea autē quae

**A** sunt legis naturae, omnes tenentur. ergo omnes te-  
nentur ad sacrificium Dei offerendum.

**R**ESPOND. Dicendum, q̄ duplex est sacrificiū, sicut  
dictum \* est, quorum primū, & principale est sacrifi-  
cium interius, ad quod omnes tenentur: omnes enī  
tenētur Deo deuotam mentem offerre. Aliud autē  
est sacrificium exterius, quod in duo diuiditur. Nam  
quoddam est, quod ex hoc solum laudem habet, q̄  
Deo aliquid exterius offertur in protestationem di-  
uinae subiectionis: & ad hoc aliter tenentur illi, qui  
sunt sub lege noua, uel veteri: aliter illi, qui non sunt  
sub lege. Nam illi qui sunt sub lege, tenentur ad de-  
terminata sacrificia offerenda secundū legis pra-  
cepta. Illi uero qui non erant sub lege, tenebantur  
ad aliqua exterius faciēda in honorem diuinum,  
secundū condecentiam ad eos, inter quos habita-  
bant, non autē determinate ad haec, uel ad illa. Aliud  
uero est exterius sacrificium, quando actus exte-  
riores aliarum virtutum in diuinam reuerentiā as-  
sumuntur, quorum quidam cadunt sub precepto, ad  
quos omnes tenentur: quidam uero sunt superero-  
gationis, ad quos non omnes tenentur.

**AD PRIMVM** ergo dicendum, q̄ ad illa determina-  
ta sacrificia, quae in lege erant praecpta, non omnes  
tenebantur: tenebantur tamen ad aliqua sacrificia  
interiora, uel exteriora, ut dictum \* est.

**C** **AD SECUNDVM** dicendum, quod quāuis non  
omnes sciant explicite uirtutem sacrificiorum, sciūt  
tamen implicite, sicut & habent fidem implicitam,  
ut supra habitum \* est.

**AD TERTIVM** dicendum, q̄ sacerdotes offerunt  
sacrificia, quae sunt specialiter ordinata ad cultum di-  
uinum non solum pro se, sed etiam pro aliis: quaedā  
uero sunt alia sacrificia, quae quilibet potest pro se  
Deo offerre, ut ex supra dictis \* patet.

**QVAESTIO LXXXVI.**  
*De oblationibus, & primitiis, in qua-  
tuor articulos diuisa.*

**D** **O**STEA considerandū  
est de oblationibus, &  
primitiis.

Et circa hoc quaeruntur  
quatuor.

- ¶ **Primò**, Vtrum aliqua oblatio-  
nes sint de necessitate p̄cepti.
- ¶ **Secundò**, Quibus oblationes  
debeantur.
- ¶ **Tertiò**, De quibus rebus fieri  
debeant.
- ¶ **Quartò**, Specialiter de oblatio-  
nibus primitiarum, vtrum ad  
eas homines ex necessitate te-  
neantur.

**ARTICVLVS I.**  
*Vtrum homines teneantur ad oblatio-  
nes ex necessitate p̄cepti.*

**AD PRIMVM** sic proceditur.  
A Videtur, q̄ homines non te-  
neantur ad oblationes ex neces-  
sitate p̄cepti. Non enim homi-  
nes tempore Euangelii tenentur  
ad obseruanda caeremonialia p̄-  
cepta ueteris legis, ut supra ha-  
bitum \* est: sed oblationes of-  
ferre ponitur inter caeremonia-  
lia p̄cepta ueteris legis: d̄ enim  
Exod. 23. Tribus uicibus per sin-

Art. 2. huius  
quaest.

In corp. art.

Q. 1. artic. 7.

In corp. ar.  
& ar. 2. & 5.

¶ *Super Quaestione  
de uicibus finalibus Ar-  
ticulum primum.*

**I**N articulo 1. q. 86. in  
responsione ad pri-  
mum, 3. grauis oc-  
currit quaestio, Quo  
pacto saluatur diffe-  
rentia inter caeremo-  
nialia, & iudicialia  
p̄cepta legis uete-  
ris, si licite potest, &  
debet modo obser-  
uari hoc caeremo-  
niale mandatum Exo.  
23. Non apparebis  
in conspectu meo ua-  
cus: Differentia si-  
quidem assignata in  
praecedenti libro,  
quae etiam in que-  
stione sequenti, ar-  
ticulo primo replica-  
tur, est, quod iudicia-  
lia possunt nunc ser-  
uari, si princeps ex-  
statuat, caeremonia-  
lia autem non. Ex  
quo dubitatur sic.

Cum commune sit  
utrique p̄ceptis,  
quod non licet ea ob-  
seruare tanquam ui-  
ua, hoc est, tanquam  
obligata ex auctori-  
tate ueteris legis, quae  
hoc esset euacuare fi-  
de Christi, q̄ legis au-  
thoritas.

1. 2. q. 103. ar.  
1. & 4.

**C** **C** 2. *thoritas*



thoritatem ad praesentum tempus datam terminavit, differentia ista consistit in hoc, quod iudicialia quod ad ipsam substantiam operum licet observare, si nova stantur auctoritate: caeremonialia vero non licet nova auctoritate statueri: alioquin membra divi fionis non contra se invicem ponerentur. Et si sic intelligitur, sequitur quod praecipuum de oblationibus non licitum est renovare, aut servare, cuius contrarium in litera hic dicitur, & ab Ecclesia observatur.

¶ Ad hoc dicitur, quod differentia inter caeremonialia, & iudicialia non est intelligenda quod ad substantiam operum absolute, sed secundum eandem rationem formalem, hoc est, quod licitum est iudicialia olim in lege, facere iudicialia in civitate, vel regno: sed non est licitum caeremonialia olim in lege, facere caeremonialia in Ecclesia Dei. Sic enim intellecta differentia ista, ex opposito membro optimè distincta formaliter salvatur. Quod ad substantiam namque operis licitum est id quod erat caeremoniale, facere, ut patet, si quis se causa sanitatis circumcideret. Et licet sensus iste sit verus, & intentus, ex eo tamen non habetur solutio motae difficultatis de oblationibus, quoniam oblationes inter caeremonias erant, ut hic, & ex praecedenti libro q. 101. artic. 4. ad ultimum habes, & nunc inter caeremonialia continentur: quoniam Deo offeruntur in profectionem subiectionis nostrae: & ipsa oblatio cultus est Dei exterior. Si ergo, non licet olim caeremonialia nunc, ut caeremonialia exercere, quomodo licite sunt oblationum caeremoniae, videndum restat.

¶ Si quis autem diligenter inspiciat rationem, quare caeremonialia sunt mortifera, & Ecclesia con-

gulos annos mihi festa celebrari festis, & postea subditur: Non apparebis in conspectu meo vacuus. ergo ad oblationes non tenentur nisi homines ex necessitate precepti. ¶ 2. Prae. Oblationes antequam fiant, in voluntate hominis consistunt, ut videtur per hoc quod Dominus dicit Matth. 5. Si offers munus tuum ad altare, quasi hoc arbitrio offerentium relinquatur: postquam autem oblationes sunt factae, non restat locus iterato offerendi eas. ergo nullo modo aliquis ex necessitate precepti ad oblationes tenetur.

¶ 3. Prae. Quicumque aliquid tenere reddere Ecclesiae, si non reddat, potest ad id compelli per subtractionem ecclesiasticorum sacramentorum: sed illicitum est his qui offerre noluerint, ecclesiastica sacramenta denegare, & illud Decretum sextae synodi, quod habetur 1. q. 1. Nullus qui sacramentum dispensat, a percipiente gratiam aliquid exigat: si vero exegerit, deponatur. ergo non tenentur homines ex necessitate salutis ad oblationes. SED CONTRA est, quod Greg. 9. dicit. Omnis Christianus procuret ad missarum solemniam aliquid Deo offerre.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, Nomen oblationis compositum est ad omnes res, quae in cultum Dei exhibentur: ita quod si aliquid exhibeatur in cultum divinum, quasi in aliquod sacramentum, quod inde fieri debeat, presumendum est, & oblatio est & sacrificium. Unde Exo. 2. d. Offeres totum arietem in incensum super altare. Oblatio est Domino odor suavissimus victimae Dei. & Levit. 2. d. Anima cum obrulerit oblationem sacrificii Deo, simul erit eius oblatio. Si vero sic exhibeatur, ut integrum maneat divino cultui deputandum, vel in usus ministrorum expendendum, erit oblatio, & non sacrificium. Huiusmodi ergo oblationes de sui ratione habent, quod voluntarie offerantur, & illud Exo. 25. Ab homine qui offert ultroque accipietis eas. Potest tamen contingere, quod aliquis ad oblationes teneatur quadruplici ratione.

Primo quidem, ex praecedenti conventionem sicut cum alicui conceditur aliquis fundus Ecclesiae, ut certis temporibus certas oblationes faciat: quod tamen habet rationem census.

Secundo pro praecedente deputatione, siue promissione, sicut cum aliquis offert donationem inter vivos, vel cum relinquit in testamento Ecclesiae aliquam rem mobilem, vel immobilem in posterum solvendam.

Tertio modo, pro Ecclesiae necessitate, puta, si ministri Ecclesiae non habent unde sustentarentur.

Quarto, pro consuetudine. Tenentur enim fideles in aliquibus sollemnitatibus ad aliquas oblationes confuere: tamen in his duobus ultimis casibus remanet oblatio quodammodo voluntaria, scilicet quantum ad quantitatem, vel speciem rei oblatae.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in nova lege homines non tenentur ad oblationes causa sollemnitatum legalium, ut in Exodo dicitur, sed ex quibusdam aliis causis, ut dictum est.

AD SECUNDUM dicendum, quod ad oblationes faciendas tenentur aliqui, & antequam fiant, sicut in primo, & tertio, & quarto modo: & etiam postquam eas fecerint per deputationem, siue promissionem. Tenentur enim realiter exhibere quod est Ecclesiae pro modum deputationis oblatum.

AD TERTIUM dicendum, quod illi qui oblationes debitas non reddunt, possunt puniri per subtractionem sacramentorum, non per ipsum sacerdotem, cui sunt oblationes faciendae, ne videatur per sacramentorum exhibitionem aliquid exigere, sed per superiorum aliquem.

ARTICULVS II. Vtrum solum sacerdotibus debeantur oblationes.

AD SECUNDUM sic proceditur. Vnde quod oblationes non solum sacerdotibus debeantur. Inter oblationes enim praecipue videmus esse, quod hostiarum sacrificiis deputantur: sed etiam quod pauperibus dantur, in scripturis hostiae dicitur, & comionis nomine oblationis. Talibus enim hostiis pro meretur Deus. ergo multo magis oblationes pauperibus debentur.

¶ 2. Prae. In multis parochiis monachi de oblationibus partem habent: alia autem est cura clericorum, alia monachorum, ut Hieronimus dicit. ergo non solum sacerdotibus oblationes debentur.

¶ 3. Prae. Laici de voluntate Ecclesiae emunt oblationes, ut panes, & vinum: sed non nisi, ut haec usus convertantur ergo oblationes possunt etiam ad laicos pertinere.

SED CONTRA est, quod dicit Canon Damasi Papae, & habetur 10. quaestio. 1. Oblationes, quae intra sanctam Ecclesiam offeruntur tantummodo sacerdotibus, & quotidie Domino servare videntur, licet comedere & bibere: quia in veteri testamento phibuit Dominus panes sanctos comedere filiis Israel, tantummodo Aaron, & filiis eius.

Grego. 7. & habetur de Consecrat. di. 1. c. Omnis Christianus. Q. praec. art. 3.